



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 1. Excitat Dominus cælesti spiritu mulieres, quando virorum deficit feruor spiritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

§. 1. Excitat Dominus caelesti spiritu mulieres, quando virorum deficit feruor spiritus.

Notat D. Hieronymus quod Deus pro veteri consuetudine, quando viri deficiunt, & abierant ab eo, ad quod tenentur, excitet spiritum mulierum tam sapientem, ac iustum, ut virorum suppleat defectum, quo ex vna parte rebore viros confundat, & altera vero declaret, & brachii sui exponat potentiam, & diuinæ suæ providentiæ securitatem. Hæc norma scripturæ prologo sum, ut deficientibus viris sanctis, mulieres in vitam laudentur approbra. Hoc omnibus est in professo circa illam historiam quam refert Spiritus S. Inurgit & arma sumit vilissimus populus infidelium, contra populum Dei hinc viri ad o vecordes obstupuerunt, ut occidere nullus ausus fuerit inimicis: excitat Deus celebrem illam prophetissam Deborah, quæ sub palma morabatur, hanc ducent creat omnibus Ducibus quæ tam pouda hu c stratagemati decernit præscripta, vt eius sapientia, hostes numero copiosiores deuicti, in torpem fugam acti, & Dei populus perillustri victoria redierit glorio sus.

Demum in diebus Regis Iosæ. Viri primates quorum intererat esse populi Magistros: bonarum disciplinarum, & legis Dei imperiti languescabant, excitat tunc Dominus spiritum mulieris Holdæ, hanc doctricem ac magistram creat totius populi Doctoribus, quam summus sacerdos Elcias, & primæ notæ viri consulebant. Tempore Nabuchodonosor quando in Babilonia Magistri ac sacerdotes adeo a recto itinere deflexerant, vt Diuinæ tempus staterent misericordiam, excitat Deus mulierem viduam Iudith, quæ innata sibi sapientia conuincit & Doctores & sacerdotes ipsa quoque sola plus efficit, quàm tota in vnum Republica congregata. Alia addit exempla D. Hier. tam mulierum, quas refert Scriptura, quam aliarum, quarum præclara facinora prædicant auctores prophani, quas vt sapientissimas extollunt: Aspersionem de qua agit Plato. Sapho, cuius meminit Pindarus. Corneliæ, vrbis Romæ miraculum quam celebrat Carneades philosophus &c. Verum tamen hæc nobis ex Euangelio mulier sufficiat.

Hæretici viri populi Dei, & Republicæ luminaria, sapientes Magistri nostri, adeo sunt rudes, ac hebetes qui cum Deo agant, vt parum

est, quod petita non impetrent, insuper proli teris assertoribus, verba referunt acerrima, terribilia, minus formidabiles, æternæ suæ prognostica damnationis. Hodie spiritum excitat Dominus mulieris communis, vilis, proiectæ Chananeæ, quæ agere festinat cum Deo, idque tam felici ingenio, acri iudicio, ac multa fecundia vt ipsam cœli sibi subdat fortitudinem, & Dei sibi cor deuinciat, vt iude haeriat quilibet, pro suæ voto voluntatis, cui datur tam generale assertorium, vt ei dicatur; *Erat tibi sicut viri.* Quales illi viri, & qualis hæc mulier? Viri illi filii generis Abrahæ in se & filiis suis benedicti; *Benedicuntur in te omnes gentes.* Viri in schola Dei vestatissimi, graduati in S. Scriptura, inter prophetas educati Illi, inquam viri hærent adeo elingues, barbari, peruersi, quales heri eos considerauimus. Mulier hæc, filia Cham, maledictus ille, maledicti eius posterit ac nepotes, ob horrendam in patrem Noe commissam irreuerentiam. Mulier, quæ nullas virtutum classes frequentarat, nec alios coluerat Magistros, nisi demones, quos in idolis alorauerat, lacte sacrilegiorum, idololatriæ, ac omni nequitiarum genere enutrita, ecce prodit illa tam prudens, sagax, itinere graditur adeo recto, vt totam illa doceat Ecclesiam, & sic virtutum omnium sapientissima Magistra.

Hoc supposito hodie mundum offendimus inuersum ac præposterum prout e. m. mundum considerans Salomon vidit, dum ait, *Vidi seruos in equis, & Principes ambulantes super terram quæ sibi serui.* Ordo præposterus. Erant Iudæi Domini Dei familiares, charissima pignora. Quorum adoptio est filiorum, & gloria & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, inquit Apostolus. Chananeæ vero, vt mancipia, & serui ad perpetuas damnati tritemes, per patrem suum Noe ob commissam in eum impudentiam, quorum primi serui fuerunt, quos mundus sibi seruos lubiecit, & ex quibus orta est infamis seruitus. Sit Chananeæ seruus eius. Ita quoque mulier hæc Christo Domino humiliter confitebatur, quando Iudæos vt filios nominarat, Chananeæ os autem vt canes reuecerat, ipsa prudens intulit; *Erat Dominus: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Illi vero, qui Domini erant, descendunt pedes ex leuiori fidei equo illo, inquam cui insidens anima sursum ascendit & cœlos ipsos superuolat, penetrat ad inima, illi vero repunt per terram maledicti: eo quod eorum cogitatio ne digno quidem alius ipsa terra sursum ad Deum electu

Ge. 22. 17

3 Ecc. 10. 7.

Ro. 9. 9.

Gen. 9. 17.



vetur, homines, terrigenæ, & adeo obtenebrati, ut ipsum lucidissimum solem sibi præsentem non intueantur: famula vero hæc ac vile mancipium, equum sibi arripit fidei, ex quo illi descenderant, illum secant, & contento mirabilique cursu progreditur in cognitione Christi Divinitatis: cui connectit actus heroicis humilitatis, patientiæ, perseverantiæ, præsertim vero orationis: actus tam singulares, & a Christo demitteretur, quibus cum superet, sibi subiciat, hoc denique agat, ut ipse Christus eius virtutis ac fidei sit præco, quam sic canora voce deprædicat. *O mulier magna est fides tua. Nos eam consideremus.*

§. 2. Est oratio, thesaurorum Dei clavis, cuius usum nos docet mulier Chananea.

**M**ulta licet sint hæc in muliere, & admiranda, & imitanda, quod tamen in ea cæteris præeminet, illud est, quod nomen signat, quo eam describit Evangelista *Ecce mulier Chananea.* Nomen Chananea significat, negotiatricem. Phœnis est vulgare S. Scripturæ, quod in c. 37. negotiatores vocet Chananeos ita loquitur de forti illa muliere, *Cingulum tradidit, Chananea,* quod alii legunt, *Negotiatori.* Et hoc in muliere hæc præfulsit, quod fuerit negotiatricum cum Deo. Medium commune, & generale cum Deo negotiandi, statuitur oratio. In hac autem adeo primo gradu profecerat, ut magistra cæteris Ecclesiæ litteratissimis Doctoribus præfide posse videatur. Hæren: alii, & admirantur: videtur enim quod Dominus nimis parcus ac minus fuerit effectus, respectu hominis, qui se tamē aliis animantibus ostendit adeo liberalem, illis enim omnibus abundanter, & effusa manu suppeditavit, quæ ad eorum conservacionem ac defensionem, em necessaria esse censentur. Aibus concessit alas & plumas, quibus volarent, Avialium quædam armauit unguibus, alia cornibus; dentibus alia, celeritate alia, quibus se defendentes, fugerent, conseruarent: Homini vero horum dedit nihil, nec alas ad volatum, nec ad capiendum vngues, nec in defensionem cornua, nec ad fugam velocitatem; hoc etenim subtiliter dixit Iob unico verbo, *Nudus egressus sum de utero matris meæ.* Attamen, est omnino verissimum, quod Deus nedum minime parcus fuerit homini, quinimo multo abundantius illi prouiderit de his quæ ei opus erant, quam omnibus aliis creaturis eo quod illi omnium suorum tradidit clauem thesaurorum. Quis illum vt auarum

reprehenderet Regem erga filium suum Principem, qui cum famulis suis diuitias suas dissiparet, filio vero suo harum nihil daret; daret autem ei omnium thesaurorum suorum clauem, quam semel tantum retorquens, haberet quidquid desideraret. Ita cum hominibus egit Deus. Cunctis animalibus sua singulis dona dispertit. *Aperis tu manum tuam, & implebis omnia animalia benedictionibus.* Quæ pulchritudo pauoni? quæ vngues leoni? quæ fortitudo tigridi? quæ proboscis elephantis? quod cornu Rhinocerotis? quæ crania equo? quæ ceruo celeritas? quæ sanitas coruo? quæ ala aquilæ? quæ plumæ auiibus? quæ ouibus lana? Homini horum nihil, contentior; verumtamen dedit illi, ait D. Ang. cl. temp. a. uem vniuersalem omnium gazarum, quas Deus possidet, quæ est hæc clavis? Oratio, quæ nihil aliud est, quam certa clavis cæli vbi Dei thesauri conclusi reseruantur.

Hoc ipsum Deus homini primitus exposuit, quando, statim a peccato commisso, & Adam summis miseris obruto, mulieri prædixit, *Multiplicabo arummas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris.* Quid igitur Domine Deus, an nullum ei superest remedium Itane mulierem omni destitutam solatio desereres? Nequaquam, quod ergo ei paras remedium? *Ad virum tuum conuersio tua.* Ita legitur multi, (assegit D. Hieron. a) & legit D. Ch. ylost. b & Cypr. e id quod nostra vulgata lectio habet: *Sub viri potestate eris.* Nuda es o mulier omni bono, ecce tibi præparo remedium vniuersale, hoc autem pono in eo quod oculos tuos ad virum tuum conuertas, quacumque te videris pestilenti calamitate. *Ad virum tuum conuersio tua.* Sed qua ratione Domine Deus illam tribulationibus leuabit, qui non minus quam illa, tribulationibus arctatur condemnatur? Voluit exponere remedium, quod per hoc homini concedit suis omnibus tribulationibus, ac necessitatibus subleuandis peræcommo dum Sponsus noster, Deus est. Assignare remedium vniuersale cunctis calamitatibus vniuersum, mulieri, vt suos ad sponsum conuertat oculos, quasi figurabat, quod illud ipsum erat, quod homini parabat quibus, cumque suis arummas aptissimum, nimirum, si oculos suos sursum ad Deum dirigat, dica quemcumque Dauid, *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in caelis.* Oratio est (inquit D. Damascenus, apud D. Thom. a) *Eluatio mentis in Deum.* Hæc est (auctore D. Augustino b) clavis arcarum Dei, clavis cælorum. Quam eleganter hoc dixit D. Jacob. *Elias homo erat, similis nobis passibilis*

Ps. 144. 166

Se. 220. de

Gen. 3. 16

a Lib. de tradition. Hebræis Gen.

b Hom. in Gen.

c Li. de disc. cap. 8. habitus.

Ps. 122. 68

D. Damasc.

a 2. 2. q. 83. b. 1. 226.

de 1. mp. loc. 1. 17.

§. 3. 17.